

quecūq; symbolū habēt velox est eoz trāsmutatio: z nota
q̄ generatio vnius est corruptio alterius.

Ex. 1. de Gene.
text. Com. 10.

Differētia inter
alterationem et
generationem.

Alteratio est mutatio a qualitate contraria in qua
litate contrariam vel in mediam. Differt autē alteratio a
generatione: q̄ alteratio est mutatio de qualitate accide
ntali in qualitatē accidentalem. Sed generatio est muta
tio a forma substantiali in formā substantialem. Item in
alteratione manet idem subiectū sensibile. In generatiōe
vero non. Sensibile dico propter materiā primam que

Augmentatio.
5. Phil. in tex.
Com. 18.
De Gene. text.
com. 31.
Diminutio.

Habentur hec
primo Gene.

quamuis manet non tamen est sensibilis. Augmentatio
est motus de minori quantitate in maiorē quantitatē.
Diminutio est motus de maiorī quantitate in minorem
quantitatē. Et nota quod augmentatio proprie dicta
est tantum in rebus animatis z non in inanimatis. Item
ad Augmentatiōē proprie dictam requirit̄ q̄ quelibet
pars aucti integralis sit aucta. Itē nota q̄ Augmentans
z augmentatum necesse est esse similia z diuersa. Similia
quidem in materia. Diuersa vero siue contraria in formis.
Quoniam Agentia z Patientia necesse est esse similia et
diuersa. Ad actionē z passionem requirit̄ contactus. Ideo
nota q̄ contactus dicit̄ multis modis. Vno modo in cō
tiguīs quoz vltima sunt simul: sicut superficies que t̄ngit
superficiem/ z sic quicquid tangit tangit. Secūdo modo

Ex secūdo de Ge.
text. Com. 43. et
infra.
Contactus.